

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Praefatio Editionis Secvndae Atqve Tertiae.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011



PRAEFATIO
EDITIONIS SECUNDAE ATQUE
TERTIAE.

ERVDITO LECTORI.

S. P.

Elementa Iuris Criminalis, Germanico - Carolini, quæ ante aliquot annos edidi, iam fere noua accipe, **BENEVOLE LECTOR.** Etenim non solum ea, quæ obscuritatis quodammodo accusabantur, perspicua & in uulgari prudentia sita reddidi, itidem, quæ inter se apta & connexa non uidebantur, in naturalem redegisti ordinem, atque principia suis principiatis omnino respondere iussi, sed & aliquid, atque adeo multum ubique de nouo addidi, ut cuilibet
pate-

patebit, qui utramque editionem uel in uno capite collaturus est, atque hoc simul quod obseruet, se habere putat, me non pauca, quæ in prima editione §. §. erant complexa, iam in notas transtulisse, quum has maximam partem uel Iurisprudentiæ criminali antiquæ & hodiernæ particulari uel doctorum disputationibus consecrarem. Indicem rerum & uerborum confeci copiosorem, atque formulis quibusdam ad regulas meas compositis instruxi appendiculam. Breuitatis, distincte tamen concisæ, ubique studiosus fui, ut neque iustos compendii limites excederem, neque obscurus fierem, neque lectoribus aut interpretibus meditandi uel prælegendi occasionem præriperem. Sic paucis explicatum habes, quid præstiterim. Vnicum uerbum addo: Vale, mihi que fauere perge, LECTOR BENE-

VOLE. Dab. Ienæ d. XXII. ^{Sept.}
_{April.}

M D C C ^{XLII.}
_{XLVIII.}



Q. D. B. V.



Q. D. B. V.

DISSERTATIO
PROOEMIALIS

DE
IVRISPRVDENTIAE CRIMINALIS
NECESSITATE, SVBSIDIISQVE.

§. I.

Ius Criminale est complexus legum, mo-
rum, statutorumque de rebus crimina-
libus disponentium.

+ Haec L. prima
de iure iuris delin-
rent: sed criminis
Iuris Cri-
minalis
non est
+ quod tempore
animi
non est
+ quod tempore
animi
non est

§. II.

Diuiditur in *patrium* & *peregrinum*, il-
ludque iterum (1) in *publicum* & *priua-*
tum a), (2) in *uniuersale* & *particulare*.

+ quod tempore
animi
non est
+ quod tempore
animi
non est
+ quod tempore
animi
non est

§. III.

Peregrinum, quod saluis moribus rece-
ptum est, in *Romanum* abit & *Canonico-Pon-*
tificium. * *Romano* multa, quæ scitu ne-
cessaria, uix tanguntur, ac, praeter singula-
rem iudiciorum formam, uariumque pro
Engau Ius Crimin. A uaria

+ quod tempore
animi
non est
+ quod tempore
animi
non est
+ quod tempore
animi
non est

a) b. TREVER pr. de do. Consult. CRAMER d.
iure criminali publico S. de delictis & poenis statu-
R. I. cautissime diiudican- um imperii.

V.

